fensores suspendi fecit et de civibus plus quam octin-
gentos occidit. Eodem anno Maguntinus tempore — f. 133!
antecessoris sui in qualibet ecclesia Erffordensi unam — erffordens
campanam accepit.

Anno Domini MCCXLI gens barbarorum ferocis- — Cr. Minor. Gesta obm. f. 22.
sima, scilicet Tartari, in Ungaria et Polonia
christianorum plura milia occiderant, civitatem — Cr. S. P.
Septem castrorum in Aprili expugnantes. Si- — Cr. Minor.
militer Stetingi, contra quos papa Gregorius
fecit crucem predicari, de quibus quinque milia
CCXXX homines a cruce signatis occisi sunt.
Eodem anno obiit papa Gregorius nonus.
Anno eodem ut supra obiit Hermannus lant- — Cr. Th. 18, 9. et ampl.
gravius, filius Lodewici et beate Elisabeth, anno
etatis sue XVIII, intoxicatus in Cruczeburgk per
mulierem Berchtam de Sebech, et elegit sepe-
liri in Marburgk apud matrem suam, sed Hein- — Cr. Reinh.
ricus lantgravius inhibuit, sed sepultus est in — Cr. Th. 18, 9. §3
Reynhardisborn in sepultura patris sui. Eodem — Cr. S. P. (nicht in E, nicht in R)
anno Nonas Octobris facta est eclipsis solis
generalis hora undecima diei. Eodem anno Hein- — Cr. Th. 18, 8.
ricus solus — — ducis Austrie = Cron. Thur. c. 18, § 9.

Anno Domini MCCXXXV canonisatus est
sanctus Dominicus. Eodem anno Meynhardus — Cr. S. P. E. od. Reinh. 1236.
comes de Molburgk quendam civem Erfforden-
sem cognomine Legate in nocte ominium
sanctorum ad matutinas euntem captivum de-
duxit. — blank. Cr. T. H.

Heinricus lantgravius Thuringorum electus est
in regem Romanorum sub anno Domini MCCXLVI
in odium Frederici secundi imperatoris. Quod
sic accidit. Sub anno Domini MCCXLII. Frederi- — Cr. Th. 18, 10. 12.
cus imperator convocavit principes Almanie in
Frangkfordt propter Conradum filium suum, quem
libenter habuisset in regem Romanorum electum
et coronatum, ubi spiritu diabolico instigante